



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 1. Omnes homines desiderant esse beati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

federationibus quæ deducunt nos in cognitionem providentiae divinæ vel disponum ad ejus ordinem nutumque sequendum; hic enim mutuare lucem opemque necessariam debemus in exercitio virtutum omnium atque in primis ejus cuius titulum tractatu huic præfiximus. Non enim sine insipientia nota viderer loqui de Fiducia in Deum illis, qui de Providentia Dei nihil unquam dicissent, neque nossent quantum non modo suavitatis & amoris illa habeat, sed etiam quantum virtutis & roboris tribuat ipsi confidentibus. Istud est quod præstare conabo hoc primo libro, divinæ Providentiae fretus gratia quam imploro, ut quod mihi inspiravit desiderium, benigne promoveat, faciat que me arripere fiduciam erga se, qualem oportet & habere me, & in aliis excitare.

## CAPUT I,

Omnis homines desiderant esse beati in hac vita & quo modo id possint obtainere.

S. I.

*Omnis homines desiderant esse beati.*

**N**ihil in rerum naturâ tam occultum, nihil tam impervium quam cogitationes voluntatesque hominum ut recte notat S.

Aug.



Augustinus lib. 3. de Trin. cap. 3. Quid intelle-  
ctu tam bonorum Angelorum quam Caco-  
dæmonum perspicacius? nec tamen queunt  
pervidere eas, sed conjecturâ duntaxat conji-  
cere. Solus scrutatur corda & renes Deus,  
quem solum nihil latet, qui intelligit cogita-  
tiones nostras à longè & omnes vias nostras  
prævidet, cognoscit omnia novissima &  
antiqua. cui tenebræ voluntatum nostrarum  
non obscurantur sed nox sicut dies illumi-  
nat. Psal. 138. Et tamen adjungit idem san-  
ctus Docttor: quædam est ejusdem naturæ  
viventis & ratione utentis tanta conspiratio,  
ut nonnullæ sint voluntates omnium, etiam  
singulis notæ, si tantillum velint laboris ad-  
hibere. Nimirum quædam sunt quæ non in-  
convenienter in aliis de se quisque conjiciat  
compatiente vel conspirante vitio seu natu-  
râ, quam quidem eandem singuli participat;  
unde non aberrabit multum qui suo alios  
pede metietur, & a suarum experientiâ incli-  
nationum, conjecturam faciet de alienis. In  
hanc rem Augustinus cap. 3. facetissimam  
Mimi cuiusdam narrat urbanitatem, qui cum  
promisisset se in theatro, quid in animo ha-  
berent, & quid vellent omnes, aliis ludis esse  
dicturum, atque ad diem constitutum ingen-  
ti exspectatione major multitudo confidue-

B 5

rect,

ret, suspensis & silentibus omnibus , dixissi  
perhibetur: vili vultis emere, & caro vendere.  
Quo tamen dicto leviſſimus ſcenicus nescio  
an veritatem attigerit. Verum ut Augustinus  
quoque notat, Mimus ille vel ſeipſum intue-  
do vel alios quoque experiencingo vili velle e-  
mere: & caro vendere , omnibus id credidi  
eſſe commune. Inveniuntur quippe homi-  
nes ejusmodi adepti iuſtitiam, ut fraudes o-  
mnes & dolos in commerciis detestentur.  
largitionis etiam gratia novimus quod ſtam  
emisse frumenta carius & vilius vendidiffi-  
ſuis civibus. Nec ſanè verum eſt omnes velle  
caro vendere. Quot enim reperiuntur , qui  
poſſeſſiones ſuras parvo vendant & prodi-  
gunt, & magno pretio huius & æternæ vita  
emant, quæ conſumant libidines. At ſi dixi-  
ſet: Omnes beati eſſe vultis, miſeri eſſe non  
vultis, dixiſſet aliiquid quod nullus in ſua no-  
tiōne agnoscet voluntate unde ſi una omnes vo-  
ce interrogari poſſent: utrum beati eſſe ve-  
lent, ſine ullā dubitatione, velle, responderent  
omnes.

## §. IX

*Quam facile ſit beatitudinem conſequi;*

**H**ec Sanctissimus Hippoſenſium Anti-  
diges pluribus proſequitur lib. 10. Confess.

cap.

